



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De statu Ecclesiæ in nouissimis temporibus. tit. 256

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

570 SVMMA DOCTR. CHRIST.

coronati sunt. Abrahæ constantia sibi ad iustitiam reputatur, Genes. 22. Iosephus timore Dei, nè frangret præceptum, ilicò exaltatur, Genes. 41. Zelus Phinees pro veteri religione accipit testamentum aet. num, Num. 25. Iosue & Caleph testificantes ventem, acceperunt ingressum terræ sanctæ, Num. 14. Dauid in misericordia consecutus est regnum, 1. Reg. 24. Heliæ zelus pro lege Domini ducit in celum, 4. Reg. 2. Ananias, Azarias, Misael credentes, in flamma ignis conseruantur, Dan. 3. & Daniel ipse in lacu leo. num, Daniel. 6. & 14. Hoc mementote fratres & pugnate viriliter, &c. 1. Machab. 2. Haec fuit concio anti quorum tempore schismatis seu aduersitatis.

Tertiò, sic nos iam primò proponimus populo, ut cogitét hæc tempora & schismata prædicta à Christo, Matth. 24. ab Apostolis, Actorum. 20. 2. Pet. 2. 21. Christus. Matth. 7. Attendite à falsis prophetis &c. Subinde proponimus Ecclesiam veterem, & illorum doctores, Augustinum, Cyprianum, Tertullianum, &c. qualiter illi dimicarunt contra hæreses. Tertiò, proponimus totam & vniuersalem Ecclesiam, nè quis ab illa se separet, alioqui non saluabitur. Gal. 5. Sectæ, &c. illa probat spiritus, 1. Ioann. 4.

DE STATV ECCL ESIAE
in nouissimis temporibus.

TITVLVS CCLVI.



RIMÒ, Apostolus 1. Timoth. 4. inquit: Spiritus manifestè dicit, quod in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, id est, catholica Ecclesia, quidam, dicit: non, omnes: Nam fides Petri manebit, Lu. 22. propter Christi petitionē: Ego rogaui pro te, &c. Sic erit discessio à Romano imperio, nō omnes tamē discedent, sed quidam, Erit eam tā fides catholica, quā Romanum imperium, vñq; al

diem nouissimum, vbi interea hæretici plurimum laborabunt contra fidem, & rebelles contra imperium Romanum. Sed omnes aduersarij conterentur ab ijs & consumentur, donec ultima hora venerit, vbi Christus regnum Patri offeret, 1. Cor. 15. & Cæsar Christo coronam: & tunc destructur omnis potestas, & erit Deus omnia in omnibus.

Secundò, licet Antichristus, qui iam venit, 1. Ioan. 2, ab initio contra fidem Christi & imperium Romanum desœuit, hoc tamen multò amplius fiet approximante nouissimo tempore: tunc abundabit iniqitas, & charitas refrigerescet, quia neque fides vera catholica, neque obedientia Imperatoris erit. Quod Antichristus iam in mundo fuit, liquet, quia deuastauit ad maiorem partem, fidem catholicam & obedientiam Romani imperii. Ad Roma, 10, inquit Paulus. Nunquid non audierunt homines in mundo fidem Christi? Maximè, quia scriptum est Psalm. 19. In omnem terram exiuit sonus &cæt. & Lucæ, 2, scribitur, quod exiit edictum à Cæsare Augusto, ut vniuersus orbis describeretur. Sic fidei sonus fuit auditus in omni terra: Cæsar regnat per vniuersum mundum, & vna est vbiquè obedientia. Sed vnde extincta est fides Christi, & obedientia imperij, nisi ab Antichristo, qui iam venit? Sic Hierosolymis, per totā penè Græciam, Asiam, &c. fides per Apostolos fundata perit, & sub Turca, qui tot regna occupat quondam Christiana, quæ olim fuerūt sub obedientia Romani Imperij, iam perit. Sic factum est per Antichristū, id est, hæreticos, tyrannos, infideles, quod vinea Domini dissipata est. Hic Antichristus hodiè tumultuat in Ecclesiam, & nisi promissio Christi staret, Matthæi 16. Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam, timenda esset penitus ruina fidei & regiminis, vel Ecclesiæ, & sicut CHRISTVS dicit Matthæi, 24. Nisi dies abbreviati fierent, id est, si non venires

372 SUMMA DOCTR. CHRIST.

veniret dies nouissimus, & Christi aduentus, tunc
tempore omnes fideles seduceretur per hereticos &
tyrannos, ita q̄ non salua fieret omnis caro, &c. sed
propter electos abbreviabitur dies, id est, hereticorum
& tyrannorum, vt tamen saltem aliqui saluentur.

Tertiò, quare Deus hoc permittet, cùm benè pos-
sit omnes hereticos & tyrannos in momento occi-
dere? Respondeo, propter peccata nostra hoc sit, nō
viimus qualiter deberemus, nomine Christiani, vita
hereticorum & Tyrannorum: & quoniam Turc⁹ esse volumus
& Tyranni: ideò dat Deus illis tyrannis potestatem
supra nos. Sic dixit Moyses populo Deuter. 31. Ego in
æmulationem adducam nouam gentem, Esa. 6. Tota
die expandi manus meas ad populum non credentem,
sed contradicentem mihi, Rom. 10. & sic euerſa iacet
Ecclesia, quia deberemus esse Christiani, & non fu-
mus: &c. Fideles & deuoti, &c. & non sumus: sunt
quoq; alia peccata: Permittit ergo Deus, quod effici-
imur gentiles & hereticorum, &c.

SATHANAS CIVILIBET
morienti adest.

TITVLVS CCLVII.

Rimò, dicit glossa supra Tobiam, quod
Domino in cruce passo, diabolus, quo
procurante crucifixus est, aduenit que-
rens, si quid peccati inueniret, & Grego-
rius sentit, homil. 39. dicens: Ad Deum
carne moriente, venit, & in illo aliquid quæsivit, in
quo nihil inueniri potuit, sicut Christus testatur loi.
14. Venit princeps mundi huius, id est, princeps pecca-
torum in hoc mundo, & in me non habet quicquam.
Si ergo ad Christum in morte crucis, venit, & agget,
fus est, quomodo non aggrediatur etiam moriente?
sed haec nostra consolatio, quod fides nostra in Chi-
stum nos liberat, ne aliquid reperiatur quod damnet;